



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput LXII. Exponitur natura statûs ecclesiastici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](#)

APPENDIX DE STATU ECCLESIASTICO, Ecclesiasticisque beneficiis.

C A P U T L X I I .

Exponitur natura Status Ecclesiastici.

533 **S**tatus ecclesiasticus, eorum est, qui à laicali statu segregati, specialiter divino dedicati sunt ministerio. Duplex est, unus Clericorum, tonsurā clericali insignitorum, per quam, velut per signum, adscribuntur in formam Dominici ministerii. Alter Religiosorum, de quo suprà egimus. Status Clericorum subdividit 1°. in statum Curatorum, id est animarum curam habentium, quales sunt Episcopi & Parochi, & non Curatorum.

2°. in Hierarchicum, & non Hierarchicalm. Hierarchia, generaliter loquendo, duplex est, ecclesiastica, & caelestis. Ad hanc pertinent novem Angelorum Ordines: ad illam quicunque sacram habent in Ecclesia potestatem. Quæ cùm sit duplex, ordinis & jurisdictionis, duplex quoque Hierarchia confurgit. Ad Hierarchiam ordinis pertinent quorūq; ordinibus sunt insigniti; ad Hierarchiam jurisdictionis, quicunque ordinatio jure legitimè præpositi sunt regimini Ecclesiæ, cuiusmodi sunt Pontifex, Cardinales, Episcopi, Prælati, Abbates, Priores Regularium, Canonici, Parochi, &c. Episcopus major est Presbytero potestate ordinis: quia, ut Ephiphanius hæc 77. dicit: dicere, Episcopo Presbyterum aqualem esse, quomodo erit possibile? Episcorum enim ordo Patrum generator est; Patres enim generat Ecclesiæ: Presbyterorum vero, non potens generare Patres, per lavacrum regenerationis generat filios Ecclesiæ; non tamen Patres, aut Doctores. Fieri tamen potest per Ecclesiæ determinationem, ut major sit potestas jurisdictionis in Presbytero, quam in Episcopo, ut multiplex experientia docet.

C A P U T L X I I I .

Pralaturam Ecclesiasticam, ecclesiastique beneficia, curam animarum habentia, pro se ambe, vel postulare non licet, nec finaliter recusare, dum Superior absolute jubet acceptare.

534 **E**um qui pro se beneficium ecclesiasticum sine cura animarum petit, ad inopiam suam sublevandam, peccati non esse reum, docet S. Thomas q. 100. a. 5. ad 3. concordatque S. Raymundus in Summa l. 1. tit. 1. §. 7. id probans ex cap. ad aures de rescriptis.

535 De Ecclesiastica Pralatura, beneficioque curam animarum habente, sic discurrevit S. Thomas q. 185. a. 1. In Episcopatu (eadem ratio est de Ecclesiastica quacumque Pralatura) tria possunt considerari, quorum unum est principale & finale, scilicet Episcopalis operatio, per quam utilitat proximorum intenditur, secundum illud Joan. ult., „Pascere oves meas. „ Aliud autem est altitudo gradus, seu elevatio

super alios. Tertium est, quod consequenter se habet ad ista, scilicet reverentia & honor, & sufficientia temporalium.... Appetere ergo Episcopatum ratione hujusmodi circumstantium bonorum, manifestum est quod est illicitum, & pertinet ad cupiditatem vel ambitionem. Unde contra Phariseos Dominus dicit Matth. 23. " Amant primos accubitus in cenis, & pri mas cathedras in synagogis, & salutaciones in foto, & vocati ab hominibus Rabbi."

Quantum autem ad secundum, scilicet ad celst. iudicinem gradus, appetere est presumptuosum. Unde Dominus arguit discipulos primatum querentes, Matth. 20.... Sed appetere proximis prodeesse, est secundum se laudabile & virtuosum. Verum quia prout est Episcopalis actus, habet annexam gradus celitudinem, presumptuosum videtur, quod aliquis præesse appetat, ad hoc quod subditis profit, nisi manifesta necessitate imminente. Quod probat ex D. Gregorio & Chrysostomo, quibus concordat Hieronymus epist. 83. Augustinus l. 19. de Civit. Dei c. 19. Bernardus l. 4. de considerat. c. 4. ubi sic: Qui rogat pro se, jam indicatus est, nec interest an per se, an per alium quis roget.

Probari etiam potest ex Hebr. 5. Nec quis quam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron: quæ divina vocatio nobis non innoscit, nisi per electionem, nominationem, institutionem legitimam, nullatenus questam. Neconon ex jure canonico, in quo inhabiles declarantur ad prælationem, qui consenserit probantur in electionem sui, antequam eligerentur. Siquis vero eligitum ad prælaturam, pro se ferat suffragium, lethaliiter peccat, irritaque est electio. Nec mirum, quia indignus est sacerdotio, qui non fuerit ordinatus invitus. L. si quemquam 31. eod. tit. de Episcop. & Cleric. Et si aliquis pro se roget, ut obireat curam animarum, ex ipsa presumptione redditur indignus. S. Thomas q. 100. a. 7. ad 2. Et idem sicut is qui invitatus renuit, quesitus refugit, sacris est altariis admovendus; sic qui ultrò ambit, vel importunè se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic iniurit ad aliora condescere, quid agit, nisi in crescendo decrescat, & ascendendo exceliat, inferius ad profunda descendat. Can. sententia ita, dixerit ille ejusmodi aliquid: tu vero quam ob causam, ignorans tuas vires? & ne te ipsum quidem regere volens, talerū adamās principatum, qui regno quoque ipso non solū est sublimior, sed etiam laboriosior. Et quare existimas potestatem hanc esse rationibus nullis reddendis obnoxiam, ac non potius rationibus obnoxiam ministeriis functionem? S. d. quamvis cuonem transcedas audacia furorem, ego quoque infanrem, si non eum me ostenderem, qui tamen malum

538

Episcopatum desiderat, bonis opis desiderat. Respondet S. Isidorus Pelusiotal l. 4. epist. 229. ad Palladium Diaconum: eos qui id objiciunt non perspicere mentem Apostoli.... Sicuten ita, dixerit ille ejusmodi aliquid: tu vero quam ob causam, ignorans tuas vires? & ne te ipsum quidem regere volens, talerū adamās principatum, qui regno quoque ipso non solū est sublimior, sed etiam laboriosior. Et quare existimas potestatem hanc esse rationibus nullis reddendis obnoxiam, ac non potius rationibus obnoxiam ministeriis functionem? S. d. quamvis cuonem transcedas audacia furorem, ego quoque infanrem, si non eum me ostenderem, qui tamen malum